1. Satire 2-6 was written 30 B. C. Therefore Horace must have been accepted as a friend of Maecenas in the fall of 38 B. C. or early in 37 B. C. and must have been introduced to him nine months earlier. Sat. 1-6-50 sq.

Horatius et Maecenas.

tu me fecisti locupletem Epist. 1-7-15.
hoc ego si conpellor imagine, cuncta resigno:
nec somnum plebis laudo satur altilium nec
otia divitiis Arabum liberrima muto.
saepe verecundum laudasti, sexque paterque
inspice, si possum donata reponere laetus. Epist. 1-7-34.
Maecenas docte. Epist. 1-19-1.
Maecenas quantopere eum dilexerit satis testatur illo epigrammate:
ni te visceribus meis, Horati, plus iam diligo tu tu⟨a⟩m sodalem
nimio videas strigosiorem; sed multo magis extremis iudiciis tali
ad Augustum elogio: Horati Flacci ut mei esto memor.
Sueton. ed. Vollmer p. 5.
otia da nobis sed qualis feceret olim Maecenas Flaccio Vergilioque
suo. Martial 1-107-4. ed. Friedländer 1886.
Quod Flacco Varioque fuit summoque Maroni, Maecenas, atavis
regibus ortus. Martial 12-4-1.

Horatius et Augustus.[1]

te duce, Caesar, Carm. 1-252.
inbellisque lyrae Musa potens vetat
laudes egregii Caesaris. Carm. 1-6-10.
gentis humanae pater atque custos,
orte Saturno, tibi cura magni
Caesaris fatis dato: tu secundo
Caesare regnes. Carm. 1-12-49 sq.
quos inter Augustus recumbens
purpureo bibet ore nectar, Carm. 3-3-11 sq.
vos Caesarem altum---recreatis. Carm. 3-4-37 sq.
praesens divos habebitur
Augustus adiectis Britannis
imperio gravibus que Persis. Carm. 3-5-2 sq.
Caesar Hisbana repetis penatis
victor ab ora. Carm. 3-14-7.
nec mori per vim metuam tenente
Caesare terras. Carm. 3-14-15 sq.
quibus
antris egregii Caesaris audiar
aeternum meditans decus
stellis ingerere et consilio Jovis? Carm. 3-25-3 sq.
Porphyrio.[2] Carm. 4-1-1. Post consummatos editosque tres carminum libros maximo intervallo hunc quartum scribere conpulsus esse dicitur ab Augusto.
coegerit propter hoc tribus carminum libris ex longo intervallo quartum addere. Seuton. ed Vollmer. p. 6.

1. Bibliography.
*A. Giesebrecht, Quid de Horatio senserit Augustus. Progr. Prenzlau 1829.
*W. Schleusner, Die Reisendes Kaisers Augustus. Progr. Barmen 1903.
2. Porphyrio has doubtless taken this from Suetonius as he admits in the scholia to Epist. 2-1-1.

Horatius et Augustus.

concines maiore poeta plectro
Caesarem. Carm. 4-2-33 sq.
publicum ludum super impetrato
fortis Augusti reditu forumque
litibus orbum. Carm. 4-2-42 sq.
canam recepto
Caesare felix. Carm. 4-2-47 sq.
posset, quid Augusti paternus
in pueros animus Nerones. Carm. 4-4-27 sq.
divis orte bonis optume Romulae
custos gentis, abes iam nimium diu; Carm. 4-5-1 sq.
lucem redde tua, dux bone, patriae: Carm. 4-5-5.
querit patria Caesarem. Carm. 4-5-16.
quis Parthum paveat, quis gelidum Scythen,
quis Germania quos horrida parturit
fetus incolumi Caesare? Carm. 4-5-25.
'longas o utinam, dux bone, ferias
praestes Hesperiae!' Carm. 4-5-37 sq.
Quae cura patrum quaeve Quiritium
plenis honorum muneribus tuas,
Auguste, virtutes in aevom
per titulos memoresque fastos
aeternet, Carm. 4-14-1 sq.
o tutela praesens
Italiae dominaeque Romae. Carm. 2-4-43 sq.
tua, Caesar, aetas
fruges et agris rettulit uberes Carm. 4-15-4 sq.
clarus anchisae Venerisque sanguis. Carm. Saec. 50.
victore laetus Caesare. Epode. 9-2
ad hunc frementis verterunt bis mille equos
Galli canentes Caesarem. Epod. 9-17 sq.
Labeone insanior. Serm. 1-5-82.
Porphyrio. M. Antistius Labeo praetorius iuris--multa contumaciter adversus Caesarem dixisse et fecisse dicitur propter quod Horatius adulans Augusti insanum eum dixit.
Serm 1-10-82. see page 22
nisi dextro tempore, Flacci
verba per attentam non ibunt Caesaris aurem, Serm. 2-1-18 sq.
sed bona siquis
iudice condiderit laudatus Caesare? Serm. 2-1-83 sq.
deos quoniam propius contingis Serm. 2-6-52.
Pseudacron. Deos adest Augustum et Maecenatem.
'quid militibus promissa Triquetra
praedia Caesar an est Itala tellure daturus?' Serm. 2-6-55 sq.
Claudius Augusti privignus Epist. 1-3-2.
hoc quoque curo.
quis sibi res gestas Augusti scribere sumit? Epist. 1-3-6 sq.
ut proficiscentem docui te saepe diuque,
Augusto reddes signata volumina, Epist 1-13-1 sq.
carmina quae possiut oculos aurisque morari
Caesaris. Epist. 1-13-17 sq.
Augusti laudes agnoscere possis; Epist. 1-16-29.

Horatius et Augustus.

cum tot sustineas et tanta negotia solus,
res Italas armis tuteris, moribus ornes,
legibus emendes: in publica commoda peccem
si longo sermone morer tua tempora, Caesar. Epist 2-1-1 sq.
Porphyrio. Hortatu Caesaris scriptum esse. cuius rei etiam Suetonius auctor est. nam apud eum epistula invenitur Augusti increpantis in Horatium quod non ad se quoque plurima scribat.
praesenti tibi maturos largimur honores
iurandasque tuom per numen ponimus aras,
nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes. Epist. 2-1-15 sq.
ac primo Maecenati, mox Augusto insinuatus non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Sueton. ed Vollmer. p. 5.
Augustus epistolarum quoque ei officium obtulit, ut hoc ad Maecenatem scripto significat: ante ipse sufficiebam scribendis epistulis amicorum: nunc occupatissimus et infirmus Horatium nostrum a te cupio abducere. veniet ergo ab ista parasitica mensa ad hanc regiam, et nos in epistulis scribendis adiuvabat. ac ne recusanti quidem aut suscensuit quicquam aut amicitiam suam ingerere desiit. extant epistolae, e quibus argumenti gratia pauca subieci: sume tibi aliquid iuris apud me, tamquam si convictor mihi fueris; recte enim et non temere feceris, quoniam id usus mihi tecum esse volui, si per valitudinem tuam fieri possit.' Et rursus: tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimo quoque nostro audire; nam incidit ut illo coram fieret a me tui mentio. neque enim si tu superus amicitiam nostram sprevisti, ideo nos quoque a ἀντυφερηφανοῦμεν. Praeterea saepe eum inter alios iocos 'purissimum pene⟨m⟩' et 'homuncionem lepidissimum' appellat unaque et altera liberalitate locupletavit. Scripta quidem eius usque adeo probatus mansuraque perpetua opinatus est, ut non modo saeculare carmen conponendum iniunxerit sed et Vindelicam victoriam Tiberii Drusique, privignorum suorum, -- / -- / -- / post sermones vero quosdam lectos nullam sui mentionem habitam ita sit quaestus: irasci me tibi scito, quod non in plerisque eius modi scriptis mecum potissimum loquaris; an verearis ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse?' Sueton. ed. Vollmer. p. 6.

Amici praecipui.

Vergilius et Varius.[1]

1. Bibliography.
*A. Duntzer, Horaz Vergil, Fleckeis. Jahrb. 99 (1869) p. 313;
*M. Hertz, Analecta ad Carm. Horat. hist I. (Ind. lect. Breslau 1876 p. 12)
*E. Rosenberb. Zeitschr. für das Gymnasialw. 36 (1882) p. 675.

Vergilius et Varius.

navis quae tibi creditum
debes Vergilium; finibus Atticis
reddas incolumem precor
et serves animae dimidium meae. Carm. 1-3-5 sq.
multis ille bonis flebilis occidit
nulli flebilior quam tibi Vergili Carm. 1-24-9 sq.
Vergili, Carm. 4-12-1
Pseudacron; ad Virgilium Mercatorem non ad poetam, loquitur,
Serm. 1-10 81 sq. See p. 22.
dormitum ego Vergiliusque;
namque pila lippis inimicum et ludere crudis. Serm. 1-5-48 sq.
Plotius et Varius Sinuessae Vergiliusque
occurrunt, animae qualis neque candidiores
terra tulit neque quis me sit devinctior alter Serm. 1-5-4 sq.
Optimus olim
Vergilius, post hunc Varius dixere quid essem. Serm. 1-6-54 sq.
forte epos acer,
ut nemo, Varius ducit; molle atque facetum
Vergilio adnuerunt gaudentes rure Camenae. Serm. 1-10-44 sq.
dilecti tibi Vergilius Variusque poetae. Epist. 2-1-247
Vario --- Maeonii carminis alite, Carm. 1-6-1 sq.
flentibus hinc Varius discedit maestus amicis. Serm. 1-5-93.
si bene me novi, non Viscum pluris amicum,
non Varium facies: Serm. 1-9-22 sq.
Varius mappa conpescere risum
vix poterat Serm. 2-8-63 sq.
hic est et Horatia virtus. Culex 31. Vergili Opera ed. R. Ellis,
Oxford 1900.
Hoc etiam Maecenas in Symposio ubi Vergilius et Horatius interfuerunt, cum ex persona Messala de vino loqueretur---
Servius Comm. in Verg. Am. VIII -310 ed Thilo et Hagen
Vol. II 1884.

Albius Tibullus

Albi ne doleas plus nimio. Carm. 1-33-1.
albi nostrorum sermonum candide iudex,
quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat
an tacitum silvas inter reptare salubris
curantem quidquid dignum sapiente bonaeque est?
non tu corpus eras sine pectore: di tibi formam,
di tibi divitias dederunt artemque fruendi, Epist. 1-4-1 sq.
carmina conpono, hic elegos. Epist. 2-2-91.
Pseudacron. Epist. 1-4-1. Hac epistula Albium Tibullam elegiorum scriptorem alloquitur.

Fuscus Aristius.

Integer vitae scelerisque purus
non eget Mauris iaculis neque arcu
nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra. Carm. 1-22-1 sq.

Fuscus Aristius.

Fuscus Aristius occurrit, mihi carus et illum
qui pulcre nosset. Serm. 1-9-60 sq.
Porphyrio. Aristius Fuscus praestantissimus grammaticus illo tempore et amicus Horatii fuit.
Serm. 1-10-83 sec Amicorum Index.
Urbis amatorem Fuscum salvere iubemus
ruris amatores, hac in re scilicet una
multum dissimiles, et cetera, paene gemelli
fraternis animis: quidquid negat alter, et alter,
adnuimus pariter. Epist. 1-10-1 sq.

laetus sorte tua vives sapienter, Aristi,
nec me dimittes incastigatum, ubi plura
cogere quam satis est ac non cessare videbor. Epist. 1-10-44 sq.

Amicorum Index[1]

Plotius et Varius, Maecenas Vergiliusque,
Valgius et probet haec Octavius optimus atque
Fuscus et haec utinam Viscorum laudet uterque.
ambitione relegata te dicere possum,
Pollio, et, Messala, tuo cum fratre, simulque
vos Bibule et Servi, simul his te, candide Furia,
conpluris alios, doctos ego quos et amicos
prudens praetereo, quibus haec, sint qualiacumque,
adridere velim, doliturus, si placeant spe
deterius nostra. Serm. 1-10-81 sq.

Amores[2]

Pyrrha. Carm. 1-5-3
Lydia. Carm. 1-13-1, 1-25-8, 3-9-6, 7, 20.
Glycera, Carm. 1-19-5
Laeage, Carm. 1-22-23.

1. Bibliography.
* J. G. F. Estre, Horatiana prosopographeia, Amsterdam 1846
* F. Hanna, Zur Prosopographia Horatiana Progr. Krems 1885 - 1886.
A. Kiessling, De Personis Horatianis (Ind. lect. Greifswald 1880)
S. Jaffe, De Personis Horatianis, Halle 1885.
* G. F. Grotefend, Des Horat. Freunde und Bekannte. Philol. 2 (1847) p. 280.
* F. Jacob, Horaz und seine Freunde. hrsg. von M. Hertz Berl. 1889.
2. W. Teuffel de Horatii amoribus John's Archiv VI (1840) p. 325 sq. VII p. 648 sq.
Lessing. Rettungen des Horaz. Vol. 5. ed. 1890. p. 273.

Amores

Chloe, Carm. 1-23-1, 3-9-6, 9, 19, 3-26-12.
Myrtale Carm. 1-33-14
Barine Carm. 2-82
Lyde. Carm. 2-11-22, 3-11-7, 25, 3-28-3
Galatea Carm. 3-27-14.
Cynara Carm. 4-13-21, 22, Epist. 1-728 Epist 1-14-33.
Ligurine Carm. 4-10-5, Carm. 4-1-33.
Phyllis. Carm. 4-11-3
Inachia Epod. 11-6. Epod.12.14, 15.
Lyciscus Epod. 11-24
Lesbia Epod 12-17
Phryne Epod. 14-16
Neaera: Epod 15-11.

Inimici praecipui.

Canidia

an malas
Canidia tractavit dapes? Epod. 3-7 sq.
Canidia, brevibus illigata viperis
crinis et incomptum caput, Epod. 5-15 sq.
hic inresectum saeva derte livido
Canidia rodens pollicem
quid dixit aut quid tacuit? Epod. 5-47 sq.
Canidia: parce vocibus tandem sacris
citumque retro solve, solve turbinem. Epod. 17-6 sq.
vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis passoque capillo,
cum Sagana maiore ululantem: Serm. 1-8-23 sq.
Pseudacron. Pro Gratidia Neopolitana unguentaria, quam semper ut veneficam carpit Horatius.
Canidiae dentis, altum Laganae caliendrum
excidere atque herbas atque incantata lacertis
vincula cum magno risuque iocoque videres. Serm. 1-8-48 sq.
Canidia Albuci, quibus est inimica, venenum, Serm. 2-1-48.
Porphyrio. Aut Canidia Albuci filia aut Albuci venenum.
velut illis
Canidia adflasset, peior serpentibus Afris. Serm. 2-8-94 sq.

Crispinus

ne me Crispini scrinia lippi
conpilasse putes, verbum non amplius addam. Serm. 1-1-120 sq.
rex ibis neque te quisquam stipator ineptum
praeter Crispinum sectabitur, Serm. 1-3-138 sq.
Crispinus minimo me provocat ---
'at tu conclusas hircinis follibus auras,
usque laborantis, dum ferrum molliat ignis,
ut mavis imitare. Serm. 1-4-14 sq.
quae Crispini docuit me ianitor, Serm. 2-7-45.

Tigellius

Ambubaiarum collegia, pharmacopolae,

Tigellius

mendici, mimae, balatrones, hoc genus omne
maestum et sollicitum est cantoris morte Tigelli. Serm. 1-2-1 sq.
Pseudacron. Is carmina Horatii negabat satis perite modulata, et idcirco carpitur ab illo.
Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
ut numquam inducant animum cantare rogati,
inussi numquam desistant. Sardus habebat
ille Tigellius hoc: Serm. 1-3-1 sq.
nulla taberna meos habeat neque pila libellos,
quis manus insudet volgi Hermogenisque Tigelli, Serm. 1-4-71 sq.
men moveat cimex Pantilius aut cruciet quod
vellicet absentem Demetrius aut quod ineptus
Fannius Hermogenis laedat conviva Tigelli?
--- Demetri, teque, Tigelli,
discipularum inter iubeo plorare cathedras. Serm. 1-10-78 sq.

Fabius.

cetera degenere hoc, adeo sunt multa, loquacem
delassere valent Fabium. Serm. 1-1-13 sq.
Pseudacron. Fabius hic Pompeianos partes secutus aliquos libros scripsit ad Stoicam sectam pertinentes et cum Horatio saepe de disciplinis contendit.

Furius Bibaculus

turgidus Alpinus iugulat dum Memnona dumque
defingit Rheni luteum caput: Serm. 1-10-36 sq.
Pseudacron.[1] Viva[cu]lum quendam poetam Gallum tangit Porphyrio. Cornelius Alpinus Memnona exametris versifus nimi[r]um descripsit.

Laudes et Detractationes

nec loquax olim neque grata, nunc
divitum mensis et amica templis, Carm. 3-11-5 sq.
Romae principis Urbium
dignatur suboles inter amabilis
vatum ponere me choros
et iam dente minus mordeor invido. Carm. 4-3-13 sq.
quod monstror digito praetereuntium
Romanae fidicen lyrae: Carm. 4-3-22 sq.
omnes hi metuont versus, odere poetas. Serm. 1-4-33.
ut sis tu similis Caeli Birrique latronum,
non ego sim Capri neque Sulci: cur metuas me? Serm. 1-4-70.

1. Baehrens, Fragmenta Poetarum Romanorum. p. 342. thinks that the 'Gallum' of Pseudacron and 'Cornelius' of Porphyrio point to Cornelius Gallus in the archetype, a person who was known to have ridiculed Virgil. Skutsch however Pauly-Wissowa Real Encycl. v. 7-1 p. 321, shows that Horace here refers to Furius Bibaculus.

'laedere gaudes,'
inquit, 'et hoc studio pravos facis'. unde petitum
hoc in me iacis? est auctor quis denique eorum,
vixi cum quibus? Serm. 1-4-78 sq.
' sunt quibus in satura videar nimis acer et ultra.
legem tendere opus; sine nervis altera quidquid
conposui pars esse putat similisque meorum
mille die versus deduci posse. Serm. 2-1-1 sq.
quanto rectius hoc quam tristi laedere versu
Pantolabum scurram Nomentanumque nepotem,
cum sibi quisque timet, quamquam est intactus et odit.
Serm. 2-1-21 sq.
non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
limat, non odio obscuro morsuque venenat:
rident vicini glaebas et saxa moventem
cum servis Epist. 1-14-37 sq.
iuvat inmemorata ferentem
ingenuis oculisque legi manibusque teneri.
scire velis, mea cur ingratus opuscula lector
laudet ametque domi, premat extra limen iniquos.
non ego ventosae plebis suffragia venor
inpensis cenarum et tritae munere vestis;
non ego, nobilium scriptorum auditor et ultor,
grammaticas ambire tribus et pulpita dignor:
hinc illae lacrimae. Epist. 1-19-33 sq.
quid dem? quid non dem? renuis quod tu, iubet alter.
quod petis, id sane est invisum acidumque duobus.
Epist. 2-1-63 sq.
indignor quicquam reprendi, non quia crasse
conpositum inlepideve putetur, sed quia nuper, Epist. 2-1-76 sq.
multa fero ut placem genus irritabili vatum
cum scribo et supplex populi suffragio capta, Epist. 2-2-102 sq.
At Lyricorum idem Horatius fere solus legi dignus. Nam et
insurgit aliquando et plenus est iucunditatis et gratiae et
felicissime audax. Quintilian 10-1-96. ed. Bonnell 1891.
exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor non Accii aut
Pacuvii --- sed ex Horatii et Vergilii et Lucani sacrario prolatus.
Tacitus Dial. de. Orat. 20, 10 sq. ed. Halm 1870.
illi qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Vergilio legunt.
Tacitus, Dial de O. 27 7 sq.

De Republica Opiniones

nuper sollicitum quae mihi taedium,
nunc desiderium curaque non levis, Carm. 1-14-17 sq.
Iam pauca aratro iugera regiae
moles relinquent, undique latius
extenta visentur Lucrino
stagna lacu platanusque caelebs
evinceet ulmos; --- non ita Romuli
praescriptum et intonsi Catonis
auspicus veterumque norma. Carm 2-15-1 sq.
dulce et decorum est pro patria mori: Carm. 3-2-13.
fecunda culpae saecula nuptias
primum inquinavere et genus et domos:
hoc fonte derivata clades
in patriam populumque fluxit. Carm. 3-6-17 sq.

Laudes et Detractationes.

quid leges sine moribus
vanae proficiunt. Carm. 3-24-35 sq.
alme Sol, --
possit nihil urbe Roma
visere maius. Carm. Saec. 9 sq.
sic est: acerba fata Romanos agunt
scelusque fraternae necis,
ut innocentis fluxit in terram Remi
sacer nepotibus cruor. Epod. 7-17 sq.
altera iam teritur bellis civilibus aetas,
suis et ipsa Roma viribus ruit. Epod. 16-1 sq.
barbaras heu cineres insistet victor et Urbem
eques sonante verberabit ungula,
quaeque carent ventis et solibus ossa Quirini,
(nefas videre) dissipabit insolens. Epod. 16-11 sq.
nulla sit hac potior sententia Phocaeorum
velut profugit exsecrata civitas
agros atque lares patrios habitandaque fana
apris reliquit et rapacibus lupis,
ire, pedes quocumque ferunt, quocumque per undas
notus vocabit aut protervos Africus Epod 16-17 sq.

Philosophia et Religio.[1]

Parcus deorum cultor et infrequens.
insanientis dum sapientiae
consultus erro, nunc retrorsum
vela dare atque iterare cursus
cogor relectos: namque Diespiter,
igni corusco nubila dividens
plerumque, per purum tonantis
egit equos volucremque currum, Carm. 1-34-1 sq.
namque deos didici securum agere aevom
nec, siquid miri faciat natura, deos id
tristis ex alto caeli demittere tecto. Serm. 1-5-101 sq.
Pseudacron. Nam Epicur⟨e⟩us erat; ideo dixit deos non curare mortalia.
'nulla mihi' inquam
'religio est'. Serm. 1-9-70 sq.
Pseudacron. Serm. 2-2-2. In hoc sermone sub persona Ofelli cuiusdam Stoici lacerat luxuriosus.
Pseudacron. Serm. 2-3-1. Damisippum quendam inducit secum loquentem qui --- contulit se ad Stoicam sectam.
Pseudacron. Serm. 2-4-1. Catius Epicureus fuit, ---. Sub huius nomine poeta Epicureos ita risurus est ut in proxima Stoicos.

1. Bibliography.
*J. Berger, de philosophia Horati, Viteberg 1764, 4.
*Werner de Horatii philosopho, Gottingen, 1847.
*A. Arnold. Das Leben des Hor. und sein philos. sittl. und dicht. charakter. Halle, 1860.

quid verum atque decens, curo et rogo et omnis in hoc sum.
condo et conpono quae mox depromere possim.
ac ne forte rogos, quo me duce, quo Lare tuter:
nullius adductus iurare in verba magistri,
quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes.
virtutis verae custos rigidusque satelles;
nunc in Aristippi furtim praecepta relabor,
et mihi res, non me rebus subiungere conor. Epist. 1-1-11 sq.
Sirenum voces et Circae pocula nosti; Epist. 1-2-23.
Pseudacron. --- significat fabulam hanc iuxta Stoicos fuisse fictam, qui avaratiam et cupiditatem ac libidinem dominos vocant.
me pinguem et nitidum bene curata cute vises
cum ridere voles, Epicuri de grege porcum. Epist 1-4-15 sq.
vos sapere et solos aio bene vivere, quorum
conspicitur nitidis fundata pecunia villis. Epist. 1-15-45 sq.
Pseudacron. Potest Epicureos dicere qui ait divitias ut non appetendas ita nec spernendas, si contigerint.

"carpe diem".

pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas
regumque turris. Carm. 1-4-13 sq.
quid sit futurum cras, fuge quaerere et
quem Fors dierum cumque dabit, lucro
adpone Carm. 1-9-13 sq.
carpe diem quam minimum credula postero. Carm. 1-11-8.
Eheu fugaces, Postume, Postume,
labuntur anni Carm. 2-14-1 sq.
nulla certior tamen
rapacis Orci sede destinata
aula divitem manet
erum. quid ultra tendis? aequa tellus
pauperi recluditur
regumque pueris Carm 2-18-29 sq.
quis scit an adiciant hodiernae crastina summae
tempora di superi? Carm. 4-7-17 sq.
nigrorumque memor, dum licet, ignium
misce stultitiam consiliis brevem: Carm. 4-12-26 sq.
omnem crede diem diluxisse supremum: Epist. 1-4-13.

Mores.[1]

ut melius, quidquid erit, pati. Carm. 1-11-3.
sed laevius fit patientia
quidquid corrigere est nefas. Carm. 1-24-19 sq.
frui paratis et valido mihi,

1. Bibliography.
W. Teuffel. Jahn's Archiv. 7. 1842. p. 85 sq.
W. E. Weber. Jahn's Archiv. 9. p. 248 sq.
*Jani, de moribus Horatii prolusio, Halle 1774-4

Mores.

Latoe, dones ac precor integra
cum mente nec turpem senectam
degere nec cithara carentem. Carm. 1-31-17 sq.
nullis argento color est avaris
abdito terris Carm. 2-2-1 sq.
aequam memento rebus in ardius
servare mentem. Carm. 2-3-1 sq.
aurea quisquis mediocritatem
diligit, tutus caret obsoleti
sordibus tecti, caret invidenda
sobrius aula. Carm. 2-10-5 sq.
at fides et ingeni
benigna vena est. Carm. 2-18-9 sq.
lena albescens animos capillus
litium et rixae cupidos protervae;
non ego hoc ferrem calidus iuventa. Carm. 3-14-25 sq.
rectius occupat
nomen beati qui ---
peiosque leto flagitium timet. Carm. 4-9-46 sq.
est modus in rebus, sunt certi demique fines,
quos ultra citraque nequit consistere rectum. Serm. 1-1-106 sq.
di bene fecerunt, inopis me quodque pusilli
finxerunt animi, rara et perpauca loquentis. Serm. 1-4-17 sq.
ex hoc ego sanus ab illis
perniciem quaecumque ferunt mediocribus et quis
ignoscas vitiis teneor. Serm. 1-4-129 sq.
si neque avaritiam neque sordes aut mala lustra
obiciet vere quisquam mihi, purus et insons
(ut me collaudem) siet vivo carus amicis:
causa fuit pater his. Serm. 1-6-68 sq.
quin corpus onustum
hesternis vitiis animum quoque praegravat una
atque adfigit humo divinae particulam aurae. Serm. 2-2-77 sq.
quid verum atque decens, curo et rogo et omnis in hoc sum.
Epist. 1-1-11.
virtus est vitium fugere sapientis prima
stultitia caruisse. Epist. 1-1-41 sq.
vive, vale, siquid novisti rectius istis,
candidus imperti; si nil, his utere mecum. Epist. 1-6-67 sq.
singula de nobis anni praedantur euntes:
eripuere iocos, venerem, conviva, ludum;
tendere extorquere poemata. Epist. 2-2-55 sq.
viribus, ingenio, specio, virtute, loco, re
extremi primorum, extremis usque priores. Epist. 2-2-203 sq.
Ad[1] res venerias intemperantior traditur: etc. Sueton. ed. Vollmer
p. 7.

frugalitas.

Persicos odi puer adparatus.
--- / --- / --- / --- simplici myrto nihil adlabores
sedulus curo. Carm. 1-38-1 sq.

1. This is an interpolation added to Suetonius from the scholia to Epist. 1-19-1. See Roth. Rh. Mus. XIII p. 531.

frugalitas.

mihi parva rura Carm. 2-16-37.
nos humilem feriemus agnam. Carm. 2-17-32.
nil cupientium
nudus castra peto et transfuga divitium
partis linquere gestio. Carm. 3-16-22 sq.
importuna tamen pauperies abest
nec, si plura velim, tu dare deneges. Carm. 3-16-37 sq.
bene est cui deus obtulit
parca quod satis est manu. Carm. 3-16-43 sq.
virtute me involvo probamque
pauperiem sine dote quaero. Carm. 3-29-53 sq.
te decem tauri totidemque vaccae
me tener solvet vitulus. Carm. 4-2-53 sq.
non ego te meis
inmunem meditor tinguere poculis
plena dives ut in domo. Carm. 4-12-22 sq.
nunc mihi curto ire licet mulo. Serm. 1-6-104 sq.
Quae virtus et quanta, boni, sit vivere parvo. Serm. 2-2-1.
Si potes Archiacis conviva recumbere lectis
nec modica cenare times holus omne patella,
supremo te sole domi, Torquate, manebo, Epist. 1-5-1 sq.
nam tuta et parvola laudo,
cum res deficiunt, satis inter vilia fortis. Epist. 1-15-44 sq.

munditia

iam dudum splendet focus et tibi munda supellex. Epist. 1-5-7.
haec ego procurare et idoneus imperor et non
invitus, ne turpe toral, ne sordida mappa
corrugat naris, ne non et cantharus et lanx
ostendet tibi te. Epist. 1-5-22 sq.

pigritia

hoc iter ignavi divisimus. Serm. 1-5-5.
milia tum pransi tria repimus. Serm. 1-5-25.
in Mamurrarum lassi diende urbe manemus. Serm. 1-5-37.
dixi me pigrum proficiscenti tibi, dixi
talibus officiis prope mancum, ne mea saevos
iurgares ad te quod epistula nulla rediret. Epist. 2-2-20 sq.

iracundia.

'O te, Bolane, cerebri felicem' aiebam tacitus Serm. 1-9-11.
'non dico horrendam rabiem' ---
'O maior tandem parcas, insane, minore'.
'unde mihi lapidem?' --- 'unde sagittas'
'aut insanit homo aut versus facit.' 'ocius hinc te
ni rapis, accedes opera agro nona Sabino'. Serm. 2-7-116 sq.
fidis offendar medicis, irascar amicis. Epist. 1-14-7.
irasci celerem, tamen ut placabilis essem. Epist. 1-20-25.

impatientia frigoris.

sive aquilo radit terras seu bruma nivalem
interiore diem gyro trahit, ire necesse est. Serm. 2-6-25 sq.
quodsi bruma nives Albanis inlinet agris
ad mare descendet vates tuos et sibi parcet
contractusque leget, Epist. 1-7-10 sq.
nam mihi Baias
Musa supervacuas Antonius, et tamen illis
me facit invisum, gelida cum perluor unda
per medium frigus. Epist. 1-15-2 sq.

modestia.

primum ego me illorum dederim quibus esse poetis
excerpam numero. Serm. 1-4-39 sq.
nec recito cuiquam nisi amicis idque coactus
non ubivis coram ve quibus libet. Serm. 1-4-73 sq.
hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem
occupet extremis in vicis balba senectus. Epist. 1-20-17 sq.
paucis ostendi gemis et communia laudas
non ita nutritus. Epist. 1-22-4 sq.

laudes vini

nunc vino pellite curas; Carm. 1-7-31.
ac ne quis modici transiliat munera Liberi. Carm. 1-18-7.
natis in usum laetitiae scyphis
pugnare Thracum est: Carm. 1-27-1 sq.
dissipat Euhius
curas edacis. Carm. 2-11-17 sq.
da lunae propere novea,
da noctis mediae, da, puer, auguris
Murenae: tribus aut novem
Miscentur cyathis pocula commodis. Carm.3-19-9 sq.
tu spem reducis mentibus anxiis
virisque et addis cornua pauperi Carm. 3-31-17 sq.
curam metumque Caesaris rerum iuvat
dulci Lyaeo solvere. Epod 9-37 sq.
illic omne malum vino cantuque levato,
deformis aegrimoniae. Epod. 13-17 sq.
prout cuique libido est,
siccat inaequalis calices conviva solutus
legibus insanis, Serm. 2-6-67 sq.
quid non ebrietas dissignat? operta recludit,
spes iubet esse ratas, ad proelia trudit inertem,
sollicitis animis onus eximit, addocet artis. Epist. 1-5-14 sq.
creditus olim fervere mero, ut Vergilii Flaccique iocis aemula
ferres. Ausonius Opuscula. ed. R. Peiper 1866 p. 67 l. 8.

'aeternitatis perpetuaeque famae cupido'

me gelidum nemus
Nympharumque leves cum Satyris chori
secernunt populo. ---
quodsi me lyricis vatibus inseres,
sublimi feriam sidera vertice. Carm. 1-1-30 sq.

'aeternitatis perpetuaeque famae cupido'

Parca non mendax dedit et malignum
spernere volgus. Carm. 2-16-39 sq.
non usitata ne tenui ferar
penna biformis per liquidum aethera
vates. Carm. 2-20-1 sq.
me peritus
discet Hiber Rhodanique potor. Carm. 2-20-19 sq.
odi profanum volgus et arceo. Carm. 3-1-1.
Exegi monumentum aere perennius
regalique situ pyramidum altius,
quod non imber edax, non aquilo impotens
possit diruere aut innumerabilis
annorum series et fuga temporum
non omnes moriar multaque pars mei
vitabit Libitinam; usque ego postera
crescam laude recens. Carm. 3-30-1 sq.

Obitus

decessit V. kal. decembris C. Mar⟨c⟩io Censorino et C. Asinio Galbo consulibus post nonum et quinqua-gesimum annum, herede Augusto palam muncapato , cum urgente vi valetudinis non sufficeret ad obsignandas testumenti tabulas. Humatus et conditus est extremis Esquiliis Juxta Maecenatis tumulum. Suet. p. 298.
An. Abr. 2008. Horatius LVII aetatis suae anno Romae moritur.[1]
Eusebi Chronicorum Canonum Liber. ed. A. Schöne. 1875 p. 145.

1. Jerome gives the year of the death of Horace as 8 B. C. and his age as 57. He places his birth (see p. 1.) at 60 B. C. making an error of five years. Jerome undoubtedly copied the facts from Suetonius' life of Horace.

General Bibliography For The Life Of Horace.

*Arnold. Das Leben des Hor. und sein philos. sittl. und dicht. Charakter, Halle 1860.
*F. Aly Horaz, sein Leben und seine Werke. (Gymnasials bibliothe. A. von Pohlmey und Hoffman, Heft 15, Gutersloh 1895).
Franke. Fasti Horatiani. p. 5-20.
*F. D. Gerlach, Leben und Dichtung des Hor. Basel 1867.
*Karsten. Q. Horat. Flaccus, Ein Blick auf sein Leben, aus dem Holland. ubers. und mit Zusätzen versehen von M. Schwach. Leipzig, 1863.
*B. Kühne. Selbstbiographie des Hor. Progr. Einsiedeln 1890.
F. Leo, Die Kultur der Gegenwart hrsg. von P. Hinneberg, Teil 1 Abt. 8 (Leipz. 1907) p. 362.
J. Masson. Horatii vita, Leiden 1708.
*J. May, Der Entwicklungsgang des Hor. von 41-33 v. Chr. Progr. Constanz 1871.
*L. Müller, Horaz, Eine litterar. Hist. Biogr. Leipzig 1880
*Nöel des Vergers. Etude biographique sur Hor. paris 1855.
H. Nettleship. Horace Life and Poems. (Lectures and Essays Oxford 1885)
*J. Oertner. Hor. Bem. über sich selbst in den Satiren. Gross-Strehlitz 1883.
*Occioni. La Vita e le opere d. Q. Orazio Flacco. Bologna 1893.
*Carl Passow. Leben und Zeitalter des Hor. Leipzig 1833.
Pauly's , Realencyclopedia. III p. 1465-1481.
F. Plessis, La poesie latine. Paris 1909, p. 301.
*D. Rapolla, Vita di Q. Orazio Flacco Portici 1892.
O. Ribbeck Gesch. der röm. Dicht. p. 107 (Stuttg. 1889)
W. Y. Sellar. Roman Poets and the Augustan Age, Horace and the elegiac poets, Oxford 1892. p. 1.
M. Schanz. Handbuch der Kl. Altertumsw. VIII-II-I p. 135.
*Semisch. Leben und Dichte von Hor. Friedeberg 1893.
Sonnenschein. The Nationality of Horace. Class Rev. 1898 p. 305
W. S. Teuffel, Horaz, eine Litterar hist. Uebersicht, Tübingen 1845.
W. E. Weber. Q. Hor. Flaccus als Mensch und als Dichter Iena 1844.
Walckenaer, Histoire de la vie et des poesies d'Horace 2 Bde., Paris 1858.
Reviews of the literature on Horace, W. Hirschfelder, Bursians Jahresber. 55 (1888) p. 57 for the years (1884-1887). J. Haussner in Bursians. Jahresber. 63(1890) p. 105 for the years (1887 - 1889); 76(1893) p. 29 for the years 189 - 1891); 105(1900) p. 88 for the years (1897 -1 99); 126(1905) p. 25 for the years(1900 - 1904) J. Bick Bursians Jahresber. 143(1909) p. 1; H. Rohl Zeitschr. für das Gymnasialw. 53(1899) Jahresber. p. 36; 54(1900) p. 39; 55(1901) p. 44; 56(1902) p. 27; 57(1903) p. 32; 58(1904) p. 29; 59(1905) p. 56; 60(1906) p. 41; 61(1907) p. 49; 62(1908) p. 97; 63(1909) p. 46.

II. De Poesi.

Nomina Generum Poesis.

Sermones et Epistulae.

sunt quibus in satura videar nimis acer et ultra
legem tendere opus. Serm. 2-1-1 sq.
quid prius inlustrem saturis musaque pedestri. Serm. 2-6-17.
siqui scribat uti nos
sermoni propiora. Serm. 1-4-41 sq.
si longo sermone morer tua tempora. Epist. 2-1-4
nec sermones ego mallem. Epist 2-1-250.
ille Bioneis sermonibus et sale nigro. Epist. 2-2-60
Porphyrio. Serm. 1-1-1 nam hos priores duos libros Sermonum, posteriores Epistularum inscribens in sermonium nomine vult intellegi quasi apud praesentem se loqui, epistulas vero quasi ad absentes missas.
Satira --- quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius
Diomedes Gramm. lat. v. 1 p. 485. l. 31.
Satur est cum dicit Horatius "Euhoe". Sidonius Ep. VIII-9-1
ed. Mohr. 1895.

Epodon liber

criminosis iambis. Carm. 1-16-2 sq.
in dulce iuventa
fervor et in celeros iambos
misit furentem, Carm. 1-16-23 sq.
inceptos, olim promissum carmen, iambos Epod. 14-7.
Parios ego primus iambos
ostendi Latio, numeros animosque secutus
Archilochi. Epist. 1-19-23 sq.
hic delectatur iambis. Epist. 2-2-59.
Archilochum proprio rabies armavit iambo: De Arte Poet. 79.
Porphyrio. Epod. 1. Liber hic epodon inscribitur.
Porphyrio. Epod. 4. Hanc eclogam in Pompeium Ma[e]n[a]m scribit.
Porphyrio. Epod. 6. In hoc egloga.
de Flacci ecloga. Ausonius Opus. p. 197. l. 24 ed. R. Peiper, 1866.
dicti autem epodoe συνεκδοχικῶς a partibus versuum quae legitimis et integris versibus ἐπάδουσι, id est accinuntur.
Diomedes. Gramm. lat. p. 785. l. 28 sq.
haec epodos ex iambicis metris constat. Mar. Victor. Gramm. lat. 6
p. 182- 1.

Carmina

age dic Latinum,
barbite, carmen,
Lesbio primum modulate civi, Carm. 1-32-3 sq.
quaere modos leviore plectro. Carm. 2-1-40
Carmina non prius
audita musarum sacerdos
virginibus puerisque canto. Carm. 3-1-2 sq.
desine --- magna modis tenuare parvis. Carm. 3-3-70 sq.

Carmina

princeps Aeolium carmen ad Italos
deduxisse modos. Carm. 3-30-13 sq.
carmina fingo. Carm. 4-2-32.
Phoebus artem
carminis nomenque dedit poetae. Carm. 4-6-29 sq.
gaudes carminibus: carmina possumus
donare. Carm. 4-8-11 sq.
carmina conporo, Epist. 2-2-9.
carmine tu gaudes, Epist. 2-2-59.
legi solitum erat --- vetus carmen
melici poetae, --- legebatur ergo ibi
tunc in carmino latino (iapyx) Carm. 1-3-4 etc. Gellius Noctes Att.
Liber 2-22-1 sq. ed. Hosius, 1903.
cuius carminis praecipui scriptores --- apud Romanos Lucilius et
Catullus et Horatius, Diomedes Gramm. lat I p. 485-17.
ne quod post satiras epistularum sermonumque sales novumque epodon,
libros carminis ac poeticam artem Phoebi laudibus et vagae Dianae
conscriptis voluit sonare Flaccus. Sidonius carm. 9-221 sq.
ed. Mohr. 1895.

Carmen Saeculare

'ego dis amicum
saeculo festas referentes luces
reddidi carmen docilis modorum
vatis Horati.' Carm. 4-6-41 sq.
castis cum pueris ignara puella mariti
disceret unde preces vatem ni Musa dedisset? Epist. 2-133 sq.
Pseudacron. sicut est istius Saeculare Carmen.

De Arte Poetica

Hunc librum, qui inscribitur de arte poetica, Porphyrio p. 162
ed. Holder.
Quale Horatius in prima parte libri de arte poetica fingit.
Quintilian 8-3-60. ed. Bonnell.
ut lyricus Flaccus in artis poeticae volumina praecipit.
Sidonius 22 p. 6, ed. Mohr. 1895.
Horatius de arte poetica. Priscian Gramm. lat. 3 p. 254. l. 16 (cf. Charisius, I, p 208. 28, 210 21)

Quo Modo Auctores Graecos Secutus Sit.[1]

hunc Lesbio sacrare plectro
teque tuasque decet sorores. Carm. 1-26-11 sq.
Lesbio primum modulate civi, Carm. 1-32-5.
Aeoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus
et te sonantem plenius aureo,
Alcaee, plectro dura navis, Carm. 2-13-24 sq.
mihi parva rura et
spiritum Graiae tenuem Camenae Carm. 2-16-37 sq.
princeps Aeolium carmen ad Italos
deduxisse modos. Carm. 4-30-13 sq.

1. See page 4.

Quo Modo Auctores Graecos Secutus Sit.

Lesbium servate pedem meique Carm. 4-6-35.
atque ego cum Graecos facerem, natus mare citra,
versiculos, vetuit me tali voce Quirinus. Serm. 1-10-31 sq.
numeros animosque secutus Archilochi Epist. 1-19-24.
quid timui mutare modis et carminis artem.
temperat Archilochi musam pede mascula Sappho
temperat Alceus sed rebus et ordine dispar
--- ---
hunc ego non alio dictum prius ore, Latinus
volgavi fidicen; iuvat immemorata ferentem
ingenuis oculisque legi manibusque teneri. Epist. 1-19-28 sq.
discedo Alcaeus puncto illius; Epist. 2-2-99.
Archilochum proprio rabies armavit iambos. De arte poet. 79
species prima est heroica ---secunda est lyrica ut est Archilochi
et Horatii Diomedes Gramm. lat. 1 p. 483-6.
ut in Horatio Alcaica illa tria Diomed. p. 501-7
dormitare Horatio vero etiam Homerus ipse videatur.De Arte Poet.359.
Quintilian 10-1-24 ed. Bonnell 1891.
Pindarum merito credidit nemini imitabilem Quintilian 10-11-61.
Nam et Graeci licenter multa et Horatium notum in quibusdam
interpretari Quintilian 1-8-6.
Pindarum quem Flaccus imitationi inaccessum fatetur.
Macrobius 5-17-7 ed. Eyssenhardt 1893.
aut quo tu Latium beas, Horati, Alcaeo melior lyristes ipso,
Apol. Sidonius Ep. 8-11-3-24. ed. Mohr. 1893.
Qua Flaccus lyricus Pindaricum ad melos frenis flexit equos
plectripotentibus dum metro quatitur chorda Glyconio.
Sidonius Ep. 9-13-2-7.
et eum iure censeres post Horatianos et Pindaricos cygnos gloriae
pennis volaturum. In lyricis autem Flaccum secutus.
Sidonius Ep. 8-11-7.
Melicum autem sive lyricum quod ad modulationem lyrae citharaeve
componitur sicut fecit Alcaeus et Sappho quos plurimum est
secutus Horatius. Victorinus. Gramm. lat. VI p. 50-25 sq.

Quo Modo Lucilium secutus sit.

hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus
mutatis tantum pedibus numerisque, facetus,
emunctae naris, duro componere versus. Serm. 1-4-6 sq.
his ego quae nunc,
olim quae scripsit Lucilius, Serm. 1-4-56 sq.
Serm. 1-5-1-Porphyrio. Lucilio hac satura aemulatur Horatius
iter suum --- describens --- quod et ille in tertio libro fecit.
Nempe inconposito dixi pede currere versus
Lucili. quis tam Lucili fautor inepto est,
ut non hac fatetur? Serm. 1-10-1 sq.
at dixi fluere hunc lutulentum saepe ferentem
plura quidem tollenda relinquendis, age, quaeso,
tu nihil in magno doctus reprehendis Homero?
nil comis tragici mutat Lucilius Acci?
--- ---
quid vetat et nosmet Lucili scripta legentis
quaerere, num illius, num rerum dura negarit

Quod Modo Lucilium secutus sit.

versiculos natura magis factos et euntis
mollius ac siquis pedibus quid claudere senis,
hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
ante cibum versus, Serm. 1-10-59 sq.
fuerit Lucilius, inquam,
comis et urbanis, fuerit limatior idem
quam rudis et Graecis intacti carminis auctor
quamque poetarum seniorum turba; Serm. 1-10-64 sq.
'attamen et iustum poteras et scribere fortem
Scipidam ut sapiens Lucilius? Serm. 2-1-16 sq.
me pedibus delectat claudere verba
Lucili ritu, nostrum melioris utroque. Serm. 2-1-28 sq.
'O puer, ut sis
vitalis metuo et maiorum nequis amicus
frigore te feriat.' Quid cum est Lucilius ausus
primus in hunc operis componere carmina morem, Serm. 2-1-60 sq.
primores populi arripuit populumque tributim,
scilicet uni aequos virtuti atque euis amicis. Serm. 2-1-69 sq.
quanto rectius hoc quam tristi laedere versu
Pantolabum scurram Nomentanumque nepotem,
cum sibi quisque timet, quamquam est intactus et odit?
Serm. 2-1-81 sq.
quid sum ego, quamvis
infra Lucili censum ingeniumque, Serm. 2-1-74 sq.
ego quantum ab illis tantum ab Horatio dissentio qui Lucilium
'fluere lutulentum'--- putat. Quintilian 10-1-94. ed.Bonnell 1891.
His solis in adnotationibus Ennii Lucilii et historicorum usi sunt
varrus hennius Haelius aequae et postremo Probus qui illas in
Virgilio et Horatio et Lucretio apposuit ut in Homero Aristarchus.
Notae Apponi. Gramm. lat. VII p. 534.

Ratio et Modus Scribendi.

sic quid vacui sub umbra
lusimus tecum, Carm. 1-32-1 sq.
haec est
aerugo mera; quod vitium procul afore chartis
atque animo prius, ut siquid promittere de me
possum aliud vere, promitto. Serm. 1-4-100 sq.
ubi quid datur oti,
includo chartis. Serm. 1-4-138 sq.
haec ego ludo, Serm. 1-10-57.
hoc erat experto frustra Varrone Atacino
--- --- melius quod scribere possem. Serm. 1-10-46 sq.
detereret sibi multa, recideret omne, quod ultra
perfectum traheretur, et in versu faciendo
saepe caput scaberet, vivos et roderet unguis.
saepe stilum vertas iterum quae digna legi sint
scripturus neque te ut miretur turba labores,
